



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 50. Articuli induciarum Papam inter & Galliarum Regem initarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

durantibus hisce induciis Galli omnem Sæcul XVI
impensuri essent operam , ut hoc dissimilium amicis mentibus componeretur. A.C. 1552.
Hoc medium summus Pontifex , qui
omnem a se culpam apud Cæsarem amoliri unice intentus erat , ratum habere videbatur , atque ipsa etiam concordiæ pacta , priusquam concluderentur , ac mutuo consensu firmarentur , in pleno Purpuratorum confessu exponebat , plurimum Galliarum Regis moderationem , pietatemque commendans.

§. L.

*Articuli induciarum Papam inter , &
Galliarum Regem initarum.*

Porro facta armorum cessatio duntaxat Thuan l. 10.
ad Parmensem , & Mirandulanum
Principatum , necnon ad Placentinam ,
aliasque circumvicinas urbes sese extendebat , hisce circumscripta articulis
I. Durante hoc bello Cæsarem inter ,
& Galliarum Regem summus Pontifex
neutri parti suppetias ferat II. Per biennium ab armis cessetur , nec ex Par-
mensibus , Mirandulanis , & Castrensi-
bus præsidiis quidquam damni Cæsari ,
& cum eo foederatis detur : III. Intra
idem tempus Pontifex illorum neutri
bellum gerenti copiis , opibus , aut ullo
favore præsto sit , nec patiatur , ut de-
lectus

Sæcul. XVI. lectus in suæ ditionis locis habeantur,
A.C. 1552. transitumve , aut commeatum ad ut-
 riusvis exercitus alendos concedat; IV.
 Castrum Horatio Farnesio restituatur,
 accepta Alexandri , & Ranutii Cardi-
 nalium fratrum fide , qui proprio no-
 mine pro Horatio Pontifici caveant; V.
 copiæ Pontificiæ , quæ Mirandulam
 obsident , educantur , & temporis cer-
 ti spatium præfiniatur Cæsari ad deli-
 berandum , an velit in has induciarum
 leges consentire , vel id facere renuat
 spectata tantum Parmensis , & Miran-
 dulani territorii ratione. Additum &
 a Pontifice , ut biennio exacto liberum
 sit Octavio Farnesio etiam sine regis
 Consensu cum Pontifice , & quibusvis
 aliis pacisci.

His ita compositis Julius Papa Ca-
 majano suo apud Cæsarem Nuntio in-
 junxit , ut eidem proponeret , an & ip-
 sus huic foederi accedere vellet. Ait
 Carolus aliunde Germanici belli mole
 graviter pressus ad hanc propositionem
 distinctis verbis respondere renuit , sed
 duntaxat hanc agendi rationem a Pon-
 tifice ostensam redarguebat. Ceterum
 haud aliam ob causam tum Cæsar a-
 perte mentem suam promere cunctaba-
 tur , nisi quod magnam haberet fidu-
 ciam in Joanne Baptista Montano Pon-
 tificis Nepote , quem insita gloriæ cu-
 pidi-

VIII.
atur,
ut
IV.
atur,
ardi-
no-
; V.
ulam
cer-
deli-
arum
enuat
iran-
m &
erum
reg's
asvis

Ca-
o in-
& ip-
Ast
mole
nem
sed
Pon-
rum
ar a-
aba-
fidu-
Pon-
cu-
pidi-

piditate stimulatum rem ita dextre ges- Sæcul. XVI.
A.C. 1552.
surum sperabat, ut ad bellum cum Gal-
lis gerendum etiam invitum Patruum
suum pertracturus esset.

§. LI.

*Joannes Baptista Montanus Papæ
Nepos trucidatus.*

Cum autem hic idem Joannes Bapti- Pallav. l. 13.
sta juvenis esset animi fortitudine ^{c. 2. n. 3.}
nemini secundus, nil intentatum, in-
Thuan. l.c.
aufumque reliquit, ut Papam a foedere
cum Gallis firmando absterreret, quin-
imo se etiam Cæsaris vexilla secuturum
minitabatur, ut adversus Franciam bel-
lo decertare posset: id vero, etsi forte
firmo statuisset animo, exequi haud
poterat; quippe Mirandulanæ urbis
Præficiariis in Papæ copias erumpen-
tibus, Joannes periculi contemptu in-
cautius, longiusque abreptus, atque
equo prius occiso delapsus & ipse a
Gallis trucidatus est. Comperta hujus
juvenis morte haud parum affligebatur
Pontifex: ast postmodum seria mente
perpendens, quod ejus obitu cum Gal-
lis pacem firmandi libertatem naftus
esset, brevi a dolore animum revoca-
bat, *inopina* (ut inquit Thuanus) *la-
titia exultans*, quod oportuna sese obtu-
lisset occasio secure imposterum vivendi,

eo